Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8293
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Sed quia immoderato usui totum se lucris tradidit. Amonendi
sunt itaq; tenaces. Vt noverint qd hanc primam deo iniuria
faciunt. quia danti sibi omnia nullam mte hostiam reddunt.
Unde etiam ps^ta^ ait. Non dabit deo placatorem suam et pretium
redemptionis aie sue. Pretiu naq; redemptionis dare est
opus boni piumenti nos reddere gratie. Unde Johannes ex
clamat dicens. Iam securis posita est ad radicem arboris.
Omis arbor que non facit fructu bonu excidet et in ignem
mittet. Qui ergo inopios se quia aliena non rapuit estimant
certu securis vicine pudeant. et corpore impude secularem
amittant. Ne ad serte fructu boni operis negligunt. a
pnti vita funditus quasi a veritate radices eo secentur.
Vt contra amonendi sunt qui et ea que habent tribuit
et aliena rapere non desistunt ne dum valde munifici
videri appetunt. et de boni specie deteriores fiant. Hi etiam
propria indiscrete tribuentes non solum vt sup iam dicig
ad inopie minuitatem proruunt. Sed cogente se inopia
usq; ad avaritiam devoluunt. Qi vero cor mete infelicius
quibus de largitate avaritia nascit. et pecor seges quasi ex
virtute seminat. Prius itaq; amonendi sunt. Vt tenere sua
rationabiliter sciant. et tunc demu ad aliena no ambiat
Si em radicis culpe in ipa effusione non cooritur. Nugm per
ramos exuberans avaritie spina sicat. Ocio ergo rapiedi
subtrahitur. Si bene prius ius possedendi disponat. Tunc
vero amoniti audiant quomodo que habent misericordi
tribuant. qn minime didicerint. Vt bona mne p intercessu
rapine nequiciam non confundant. Violenter em exigunt
que misericorditer largiuntur. Sed aliud est pro pctis misericordiam
facere. aliud pro ema facienda pcare que iam nec misericordia
mutari pt. quia ad dulcem fructum non proficit. que
per vicius pestifere radicis amarescit. Unde est em qd ipa
etiam sacrificia per ysaiam dns reprobat dicens. Ego dominus
diligens iudicium. et odio habens rapinam in holocausta.
Unde iterum dicit. Hostie impiorum abhominabiles. qr offerunt
ex scelere. qui sepe et indigentibus quoq; subtrahunt. que
deo largiuntur. Sed quanta eos ariditate venuat per